Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Regum primo. ca. xxvj. Deus retribuet unicuique secundum justitiam suam.

Jeremias in libro prophetarum xxxij. ca. Oculi domini aperti sunt super omnes vias filiorum Adam ut reddat unicuique secundum vias eius et secundum fructum adinventionum eius.

Yhesus filius Sirach in Ecclesiastico ca. primo. Deus preberet sapientiam diligentibus se. Idem xlvij. ca. Mercedem domini manet in eternum.

Matheus in Euan. ca. xvj. Filius hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis et tunc reddet unicuique secundum opera eius.

Marcus in Euan. ca. iij. In qua mensura mensi fueritis metietur vobis.

Johannes in Apocalipsi ca. ij. Dabo unicuique iuxta opera sua. Idem xxij. in fi. Ecce dominus veniet cito et merces mea mecum reddere unicuique secundum opera sua.

Paulus primo ad Corinthios ca. iij. Unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Idem xiij. ca. Si quis ignorat ignorabitur. Idem ad Ephesios vj. et fi. Unusquisque quod bonum fecerit hoc a domino recipiet.

Cassiodorus epistolarum libro primo epla xvj. Rem uniuersorum est omnium bonorum deus.

De Justitia et Judicio dei. ca. vj.

Job vjto. ca. v. Deus ponit humiles in sublime et merentes erigit sospitate. Ibidem. Deus dissipat cogitationes malignorum ne possint implere manus eorum quod cepterant. Ibidem. Dominus deus apprehendit sapientes in astutia eorum et consilium dissipatum est. Idem xxxiij. Opus hominis reddet ei dominus et iuxta vias singulorum restituet. Ibidem. Deus cognoscere facit ypocritam propter peccata populi.

Genesis iiij. ca. Si bene egeris recipies si autem male egeris in foribus peccatum aderit.

Psalmista. ps. v. Non deus volens iniquitatem tu es. Idem xcvij. Deus iudex iustus fortis et patiens. Idem. xcviij. Iudicia domini iustificata in semetipsa desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum. Idem lxxxxij. Rectus dominus deus noster et non est iniquitas in eo. Idem cij. Fecisti miseriam dominus et iudicium omnibus iniuriam patientibus. Idem cxlvj. Iustus es domine et rectum iudicium tuum. Idem cxlviij. Dominus iustus conteret cervices peccatorum. Idem clx. Fecit dominus iudicium egenis et vindictam pauperum. Idem ps. clxiij. David. Non intres iudicium cum servo tuo domine quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis homo viuens. Idem clxx. Dominus iustus in omnibus viis suis et sanctus in omnibus operibus suis. Idem clxxj. Deus faciet iudicium iniuriam patientibus.

Salomon in proverb. ca. v. Respiciat dominus vias hominis et omnes gressus eius considerat. Idem xij. ca. Non proderunt diuitiae in die ultionis. Iustitia autem liberabit a morte. Idem xv. ca. In omni loco oculi domini considerant bonos et malos. Misericordia et veritas custodiunt regem et roborabitur misericordia thronus eius. Ibidem. Omnes viae hominum patent oculis domini. Iniquitatem salutaris. Idem xxij. Non fraudes violentam homini pauperi quia dominus iudicabit causam eius. Idem xxiij. A domino iudicium egreditur singulorum. Idem in Ecclesiastico iij. ca. Iustum et impium iudicabit. Idem xij. in fi. Cuncta que fiunt adducet dominus in iudicio sive bonum sive malum fuerit.

Regum primo. ca. xxvj. Deus retribuet unicuique secundum iustitiam suam et fidem.

Paralipomenon libro ij. ca. xviij. Non est apud dominum iniquitas nec personarum acceptio nec cupido munerum.

Yseias. ca. xxj. Consurget dominus in domum pessimorum et in auxilium operantium iniquitatem.

Jeremias in libro prophetarum ca. xxxiij. Ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum ait dominus. Idem xxviij. ca. Ego sum iudex et testis dicit dominus.

Ezechiel propheta. ca. xviij. Cum auerterit se iustus a iustitia sua fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes quas operatus est impius morietur. Et cum auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est et fecerit iudicium et iustitiam ipse animam suam viuificabit. Unusquisque iuxta vias suas iudicabo aut dominus. Idem xxxiij. Iustitia iusti non liberabit eum in quacumque die peccauerit et impietas impii non nocebit ei in quocumque die conuersus fuerit ab impietate sua.

Yhesus filius Sirach in Ecclesiastico ca. xv. Non te iustifices coram deo quoniam ipse est agnitor cordis. Idem ca. xvj. Deus ab initio constituit hominem et reliquit illum in manu consilii sui. Adiecit mandata et precepta sua. Si volueris mandata et preceptum sua te conseruabunt. Apposuit tibi aquam et ignem ad quod volueris appone manum tua. Ante hominem vita et mors. Bonum quod placuerit ei dabitur illi.

Ouidius metamorphoseos libro xiij.
Aspiciunt oculis supera mortalia iustis.